



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

11 De Conservatoribvs Ac Caeteris Papalibvs Iudicibvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

pijs resisteretur, omnes tandem causæ ad Romanæ Curiaæ tribunal deuoluerentur, ordinarijç vniuersi sua priuaretur iusrisdictione. Quod non solum contra omnem iustitiam, sed etiam intolerabile foret.

Eapropter sacri Romani imperij Status Sanctitatem Apo-
stolicam rogitant, vt prædictum onus in Roma, Curia post
hac non tolerare velit, sed curare, vt dehinc nemo vel Eccle-
siasticus, vel Secularis, ob causam prophanam, in prima ins-
tantia, Romam in ius vocetur, sed personæ & causæ hæ or-
dinario iudici, cui immediate subiacent, relin-
quantur. Ultraçq; hoc, amplius contra
æquitatem non grauentur.

DE CONSERVATORIBVS AC CAE TE RIS PAPALIBVS IVDICIBVS.

II Item est & aliud iudicium Papaliū, per quos eque ordina-
ria attenuatur iurisditio, genus, quos conseruatores vulgo
vocant, eos Episcopi, cæteriq; ecclesiæ principes, ex primis
tibus, vel Abbatibus, suæ Diocesis a sede Apostolica in hoc
impertrare solent, vt coram his, omnes illorū causæ & lites,
quas iam olim instituere cogitant, dirimantur, euocenturq; p-
hos in ius personæ seculares, nobiles & plebei, in causis omni-
no prophanis, licet actoribus iustitia per ordinarium tribu-
nal nunçq; fuerit denegata. Q; si votati in ius ire recusaue-
rint, j; cōtra ius ac phas excommunicatione, licet nulla feriunt-
tur, cuius rei innumera adduci possint exempla. Ac si, vt coe-
pit negocium, procederet, breui eo rerum veniremus, vt oēs
causæ prophanæ ad conseruatores hos, cæterosq; iudices
ecclesiasticos, laicis nedum suspectos, sed & alioqui incom-
modos pertraherentur. Quod vt est intollerabile Germanis
Principibus, ita & aperta fronte, cum sacri Romani Im-
perij pugnat constitutionibus ordinatis, quæ clare & ex-
pressim volunt ac exprimunt, q; nemo alium ex ordinario
ad incōpetens tribunal in ius p̄trahere debeat. Quapropter
Imperij

Imperijs Principes, Proceres, ac Status, Sedi Apostolicæ supplicant, vt grauamina atq; onera hæc radicitus, funditusq; tollantur & abrogentur.

DE PAPALIBVS DELEGATIS AC COMMISSARIIS.

Item san. Pontificia ad Ecclesiasticarum personarum petitionem, iudices delegatos & commissarios, tanq; ecclesiasticos iudices per Germaniam concedere solet, vt impetrantes dehinc laicos, cuiuscunq; etiam dignitatis, vt præminentiae, coram ita delegatis, in causis prophanis, iudicio conuenire possint. Quod vt de facto sæpenumero præsumunt, ita excommunicationis poena mandatam sibi inter partes iurisdictionem defendere conatur. Quæ omnia & in perniciem personarum secularium, & in iurisdictionis Germanicæ ac ordinarię iacturam vergunt, & attenuationem.

QVO PACTO ECCLESIAE PRAELATI
per sedē Apostolicā, ex Episcoporū ordinaria iurisdictione,
ac cæterorum suorum defensorum tutela eximantur.

IN SVPER & hoc moliūtur summi Pōtlices, monasteria aliquot eximendo, vt ab Episcoporum, eorum, s. ordinarijs, ac defensorum, protectorumq; aliorū iurisdictione ita exempti, reddantur immunes, immedieateq; subiaceant sedi apostolicæ, quæ res non tantum prædictis ipsorum ordinarijs ac defensoribus, sed & toti Romano Imperio cedit in iacturā, tum quando collatio pecuniaria pro Imperij necessitate, vīritim Imperij Statibus indicitur. Ita enim fit, vt ipsis per se ab oneribus publicis exempti, immunitate sua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares manus Episcopis ac defensoribus suis: quod ante hac facere necessum habebant, non porrigant, per quam technam Ro. Imperij attenuantur nerui, ac decrescunt plus iusto vires. Quapropter & hic Imperij proceres, ac Status rogant, præfata onera exemptionum abroganda,

B.

